FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauin[a]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

Si aduersus usucapionem &c. Rubrica.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

Visual Library

quid ſi ipſa mulier.tangam fortè in d.l.j.& per Bar.in aut. ſi ca‑
ptiui.de epiſc.& cle.& in l.precibus.de impu.& alijs ſubſtitu.

Si aduerſus uſucapionem &c. *Rubrica.*

1 *Præſcriptio quæ non eſt inchoata contra defunctum, non currit ipſo iure contra minorem.*
2 *Præſcriptio triginta annorum inchoata contra defunctũ, cui minor ſucceſſit, quòd dormiat durante minori ætate, & illa finita excitetur.*
3 *Præſcriptio conuentionalis inchoata contra defunctum, currit contra minorem qui ei ſucceſſit ſine ſpe reſtitutionis.*
4 *Quaſi dominium competit præſcribenti, ſed ille qui præſcripſit habet uerum dominiũ, utile uel directum.*
5 *Si ago contra te ad fundum & ad fructus perceptos ex fundo, iam ſunt x. anni uel ultra, quod non habeam neceſſe petere te condemnari ab ipſos fructus, ſed poſſum petere te condemnari ad æſtimationem, quia non eſt ueriſimile quòd extent.*

LEX VNICA.

1 Contra. †Aduerſus curſum præſcriptionis. inchoantis contra defunctũ cui minor ſucceſſit:& cõpletis cõtra ipſum minorẽ. minor reſtituit̃ in integ.h.d.ſecundũ intellectũ gloſ. ma.in fi.q eſt verus reiectis alijs. & illa l.nõ corrigit per l.fi.j.in qui.cau.in integ.reſt.nõ eſt neceſ.vbi dicitur† ꝙ hodie minor ipſo iure ſeruatur illæſus aduerſus curſum præſcriptionis.quia nõ currũt ipſo iure minori,ſed incipiũt currere poſtquã eſt maior.nã hoc habet locũ in præſcriptionibus nõ inchoatis cõtra defunctũ:ſed inchoãdis cõtra minorẽ, quia nõ inchoat̃. ſed ſi erãt inchoata cõtra defunctũ,cõtinuant curſum cõtra minorẽ & cõplentur.aliàs eſſet dicere ꝙ dormirẽt durante minori ætate.quod regulariter nõ reperit̃ iure ciuili,niſi in pręſcri. xxx. an.inchoata cõtra defunctũ cui ſucceſſit: qa durãte minori ætate dormit: & nõ currit.& illa finita excitat̃ vt in l.ſicut.circa fi.j. de pręſcri.xxx.an.& de hoc plenè no.in l.ei cui.ff.de mino.†In‑
3 quantũ autẽ dicit̃ hic ꝙ reſtituit̃ in præſcriptione legali:ſed ſi eſſet cõuentionalis & inchoata cõtra defunctũ, curreret cõtra minorẽ ſine ſpe reſtitutionis:vt in l.Emilius.ff.e.ti.de min. In j.glo. mag.ibi[ſed quaſi dominiũ].gl.nõ bene loquit̃ per pręſcriptio‑
4 nẽ longi tẽporis acqritur dñiũ vtile,nõ autẽ quaſi dñiũ:vt no.in l.ſi tricẽnale.j.de bo.mat.licet p vſucapionẽ triẽnij acquirat̃ dñiũ directũ.& ibi no.ſed quaſi dñiũ cõpetit ante præſcriptionẽ cõpletã,& ſic pręſcribẽti.nõ autẽ illi qui præſcripſit.ille enim habet verũ dñium,vtile,vel directũ:ſed ille q nõdũ pręſcripſit, ſed præſcribit,quia habet titulũ vel bonã fidẽ,dicit̃ habere quaſi dominiũ:vt no.in l.poſtulaſſem.de dã.infe. quod facit cõpetere publicianã,nõ rei vendicationẽ:vt in toto titu.de publi.habet ergo locũ illa in vſucapione & præſcriptione longi tẽporis.& illa,dicitur vſucapio.vt in toto tit.vſuca.ff.eo.In gloſ.ibi.[& not.] dic hoc quod ſequit̃ in gl. emanauit timore cõtrarij de l.fi.j. in quib. cau.in integ.reſt.nõ eſt neceſ.per quã videbat̃ nõ procedere hãc l.inquantũ vult vſucapionẽ vel præſcriptionẽ currere cõtra minorẽ.quod etiã glo.corroborat per alia argumẽta.ſed ſolue vt in fi.glo.& per id quod s.dixi:quia omnino procedit in inchoanda cõtra minorẽ.nõ autẽ inchoata cõtra defunctũ,cui minor ſucceſ
5 ſit. In gl.ibi [quia tãto tẽpore.ſ. triẽnij retineri nõ poteſt.] Illa gl. allegatur ad vnũ.ꝙ ſi ago cõtra te ad fundũ. & ad fructus perceptos ex fundo iam ſunt x.anni.vel vltra,non habeã neceſſe petere te cõdẽnari ad ipſos fructus:ſed poſſim petere te condẽnari ad æſtimationẽ,quoniã nõ eſt veriſimile ꝙ extẽt:ſed ꝙ ſint conſumpti quia nõ tanto tempore poſſunt durare. licet vt plurimũ petatur condemnari ad fructus,ſi extant.& ſi nõ extant ad æſtimationem.

Si aduerſus fiſcum &c. *Rubrica.*

1 *Priuilegiatus utitur ſuo priuilegio contra priuilegiatum.*
2 *Quid in priuilegiatis eodem priuilegio?*
3 *Procurator Cæſaris de quibus cauſis recognoſcat?*
4 *Pretium poteſt dici longe minus iuſto, licet non ſit ultra dimidiam iuſtè.*

LEX I.

1 Si probus. †Minor reſtituit̃ etiã aduerſus fiſcũ:& tũc ꝓcurator cæſaris vnà cũ præſide erit iudex.h.d.cũ l.ſeq.cũ primo dicto cõcordat.l.in fraudẽ.§.fi.ff.de iure fiſ.†Et ſic not. ꝙ priuilegiatus vtit̃ ſuo priuilegio cõtra priuilegiatũ.tñ hic ſunt priuilegiati diuerſis priuilegijs.nã minor eſt priuilegiatus vt reſtituat̃ in integ.ſi lędat̃.de fiſco autẽ nõ reperitur iure cautũ qđ in hoc ſit priuilegiatus: licet a habeat alia priuilegia.ſ.de tacita hypotheca & vt ꝑferatur alijs.De hoc tamẽ dic vt no.
3 in l.reipu.j.quib.ex cau. ma. † Qñ aũt ſunt priuilegiati codẽ priuilegio:an alter contra alterũ poſſit vti,vt vnus minor cũ alio? dic b vt in l.verũ.§.fi.cũ l.ſeq.ff.de mino.& đ iſto brocardo dic ꝑ Cy.in aut.quas actiões.§.de
4 ſacr.ec.†Cõtra ſecũdũ dictũ.ſ.cõtra. l. ij. in opp.ꝙ ſolus ꝓcurator cæſaris ſine ꝑſide ſit iudex inter fiſcũ & priuatũ,etiã ipſo iure:vt j.vbi cauſæ fiſ.l.ad fiſcũ.Sol.Cy.hic in additiõibus videt̃ diſtinguere , aut loqmur de
c cauſis meri imperij, vt ſunt cauſæ criminales,& de illis ſe nõ impedit ꝓcurator cæſaris,ſed ſolus ꝑſes.l.nec qcquã.in pri.ff. đ of. procõ.& j.vbi cau.fiſ.l.j. Aut loquimur de cauſis mixti imperij,& tũc vterq; ſimul eſt iudex,ita loqmur hic,nã reſti.in integ.cum expediat̃ iudicis officio nobili,& ad priuatã vtilitatẽ,eſt de imperio mixto vt no. in l. iubere cauere.ff.de iur.om.iud.aut in cauſis merè iuriſditiõis ſimplicis,& in illis ꝓcurator cæſaris ſolus eſt iudex inter fiſcum & priuatũ,vt in d.l.ad fiſcũ.Adde ꝙ eſt verũ in loco vbi dictus procurator cæſaris reperit̃,aliàs ꝑſes erit iudex:vt j.de bo.va.l. ſi
5 vacãtia.li.x.& ibi no.per Bar.adde ꝙ dicã j.in l.fi.†No.etiã l.j.dũ dicit[pretio longè minore iuncta gl.ſecundũ d.Raph. ꝙ pretiũ poteſt dici longè minus iuſto,licet non ſit vltra dimidiam iuſti.

a ¶Longi temporis, Adde auth.niſi đ ho. ma.c.quicunque epiſcopus.xvj.q. iij. gl. in c.vlti.xviij.q.vlt. Doct.in c. ad aures. de præſcri.

b ¶Priuilegio. Adde Bal.in auth. habita. C.ne fil. pro patre. Cy.in l.quo tempore.in vj.col.C.de reſti.mi. Abb. in nono no.c. auditis. de reſt. in integ.Pau.de Ca. cõnſi.cccxij.inci. viſo puncto ſupraſcripto.

c ¶Imperij.An cauſæ meri & mixti imperij poſſint delegari? vide gl.in cle.j. de offi.dele.Inn.in c.ſuper quæſtionum. eo. tit. Bal.in l.j.in ij.col. C. vbi de cri. agi opor. Lu.Ro. & Pau. de Ca.in l.j.in §.j. ff. de offic. eius cui man. eſt iur.

2 *Quando camera uendit bona rebellium, quòd quilibet habens ius in talibus bonis comparere debeat ante uenditionem factam: ad impediendum eam, & proteſtandum ut hic. & ſi compareat poſt uenditionem, quod remedium habeat, & quis erit iudex & num.4.*
3 *Quando camera uendit, quæ ſint neceſſaria ut ualeat uenditio? & non poſſit retractari, etiam beneficio ætatis.*
4 *Si fiſcus uendidit rem minoris, tanquam debitoris: an ille minor poterit ex priuilegio minoris ætatis reſtitui ad reſcindendam uenditionem oblato debito ipſi fiſco?*

LEX III.

1 Edicto. †Quando fiſcus vendit rẽ minoris tanꝗ̃ ſui debitoris,nõ iuuat̃ minor beneficio reſtitutionis:niſi fraus interceſſerit vel ſolẽnitas ſeruata not.h.d.not.In tex.ibi,[nullam admittunt quæſtionẽ] hoc eſt dicere ꝙ caſus quem proponebat iſte minor imperatori, nõ faciebat ad propoſitũ edictũ diui Marci.in quo cõtinetur ꝙ qñ fiſcus vendit rem alienã:& dñs non conqueritur infra quinquenniũ,emptor eſt ſecurus.ſed infrà quinquenniũ ſi conquerit̃ & probat,poteſt ab emptore eã auocare,& emptor habet regreſſum cõtra fiſcũ de euictiõe:ſed ſi dñs eſſet minor,audiretur perpetuo.nã illud edictum loquitur quãdo fiſcus vendit rem vt ſuã. Pone exẽplum.ſi bona alicuius rebellis ſunt confiſcata,& fiſcus capit poſſeſſionem omniũ,& vendit:tamen inter illas res quas rebelles poſſidebant,erat quædã poſſeſſio quæ non erat ſua, ſed mea.& fiſcus illã vendidit tanquã ſuã,ſi ſum maior tp̃e venditionis,vſq; ad quinqueniũ poſſum eã reſcindere.ſi ſum minor, perpetuò,& hoc olim.hodie per tit.j. de quadri.ꝑſcri.emptor ſtatim eſt ſecurus.& nõ põt ab eo res auocari:ſed ille q erat dñs põt agere cõtra fiſcũ vſq; ad quinquẽniũ ad recuperationẽ pretij. ſi aũt erat minor,dicit gl. ꝙ vſq; ad quadrienniũ põt recuperare rem. Doc.dicũt cõtrariũ.ꝙ ad rem nõ dat̃ regreſſus nec intra quadriẽniũ,nec poſt:ſed bene põt agere cõtra fiſcũ etiã poſt quadriẽniũ. & in hoc differt à maiore.de hoc dic vt no.per Cy,poſt Pet.in l.
2 neq;.j.de reſti.mili.†Et ſic not.magnũ periculũ qñ camera vẽdit bona rebelliũ:vnde quilibet cõpareat ante venditionẽ factam ad impediendũ eã ne fiat,& proteſtet̃ ꝙ talis poſſeſſio nõ vendatur qa eſt ſua,& nõ rebellis,& ſi hoc facit,& eo nõ obſtãte vendatur poterit vẽditionẽ per oĩa retractare per l.ſingularẽ.ff.de reſci.vẽ. l.fundus.& j.de diſtrac.pig.l.ſi reſiduũ,ſed ſi veniant poſt vẽditionẽ,non habet remediũ niſi cõtra camerã ad pretiũ,ſed in caſu quẽ proponebat ille minor imperatori.fiſcus nõ vẽdiderat rem ipſius minoris tãquã ſuã.ſ.fiſci:ſed tanquã ipſius minoris, ꝓpter
3 debitũ fiſcale.in quo pater ſuus vel ipſe tenebat̃ . †quo caſu ad hoc vt venditio valeat,& nõ poſſit retractari etiã bñficio ætatis, plura ſunt neceſſaria:de qbus hic ꝑ gl.Sed plenius per gl.j. de fi.